ex utroq; generis calle discendens alia agnoscit feliciter alia
feliciter non agnoscit. quam timui ne prefata permixtio du
ipsa diuersitate discordat in deterioris iura melior uicta conci
derit. & pro uilitate temporum facilius in ipso pars indocta
regnaret. sed ostendisti mihi aetatis tuae ornamentum quia
plus in consanguineo optenui quam poposci. celestia imitatus es.
ubertate beneficii quando inpensione multiplici commendatur
uota uicisti. ecce iam ex hiemali pectore & corde algido dicta
omnium flosculi uernant. & ridentia uerborum germina depingunt
calatus exhibentis. ecce post gentile murmur deore eius
que humanitatem significent uerba funduntur. his ergo mu
neribus tuis nisi reddam uicissitudinem prestitisse te aestimer
non merentia. quisquis enim feriata lingua successus melioris suscipit
ostendit se quod attulit prosperitas non amare.

ENNODIUS MASCATORI

Nouo me genio infucata pectoris uestri ornauit diligentia
elicea. utor stili testimonio qui doctis supra inscitiam
garrulitate displiceo. coactus sermo pretium quod non habet
ex eloquentia ab inpacta necessitate subripuit. numquam
fuit digna ultione contumelia quam iussus exhibuit. nemo
obedientem iuste condemnat. sibi debet inlatas iniurias
de eloquio rusticante qui prouocat inperitum. super
alium est celsioribus non parere. maius si quae noueris discen
dis se ab obsequente dispicias. inprobi desiderii putetur
adsertio non amare quod exigis. adstipulatur iudicio suo
qui censuram de obtemperante suspendit. male pertinax
districtio est quae meritum in parente considerat. pudorem
obstatione non expulit qui quod loquitur debet imperio.
itaq; in nobis quod sordet eloquentia commendatur obse
quiis. uos uideritis quale sit quod iussistis offerri. ego uos
sine frontis meae dispendio meruisse estimo quod deside
rastis accipere. taceo inter ista quae principe fuerant loco
narranda ecclesiasticam humilitatem quod placere potestis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0176